



Universitätsbibliothek Paderborn

**Tripartita Demonstratio, Worin Augenscheinlich wird
vorgestellt/ Daß Die Stadt Hildesheim von Jhrem Anfang
biß hiehin den Herren Bischöffen Als jhren
Landts-Fürsten/ Gleich anderen Municipal-Städten ...**

Hildesheim, A[nn]o 1691.

Num. 73. Copia Privilegij ab Henrico Episcopo & Capitulo Hildesiensi
Burgensibus in Hildensem ut prætenditur collati Jus Miniendi urbem
concernentis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38409

der rechten wahren Sassen Sprache uthgesetzt tho Nützigkeit unde
Beterunge aller Christglovigen Menschen / gedrucket Anno M.D.XL.

Wehillige BERNWARDUS hefft ocf angehauen met ganz
hen Flyte tho bevestigen unse hilgen Stede ummeher
mit Muren / Thoren und Graven / unde datsilbe
hefft he mit sodane Klockheit angehauen / unde met
Bevestigen gezieret / alse men noch Täglichen mag anschawen/
dat men duffer Städte gänsglichen in ganzen Sassen nichten
findet.

Num. 72.

*Extractus ex Apologiâ Civitatis Hildesiensis in causâ
immunitatis contra Episcopum Hildesensem & Capi-
tulum Cathedralis Ecclesiæ ibidem sub lit. ff. duplicis suis
adjunctâ & Consilio Imperiali Aulico Anno
1662. in Junio exhibita.*

Was Jus Civitatis condendæ hat sich der Raht niemah-
len arrogiret / sondern außtrücklich gesezet / daß die
Stadt Hildesheim Anfangs von dem Ludovico Pio
fundiret / und hernacher Auspicio & Beneficio Sancti
Bernwardi & aliorum Episcoporum ergrösseret / und commu-
nis munimenti causâ mit mehrern Thoren Thürneren und Mau-
ren von den Bürgern bevestiget sey.

Num. 73.

*Copia Privilegij ab Henrico Episcopo & Capitulo
Hildesensi Burgensibus in Hildensem ut præ-
tenditur collati Jus Muniendi urbem
concernentis.*

Henicus DEI Gratiâ Hildensemensis Ecclesiæ Episcopus, Rei-
noldus Præpositus, Gerwicus Decanus, Meinardus Scholasti-
cus, totumque ejusdem Ecclesiæ Capitulum, omnibus quibus
hoc scriptum fuerit exhibitum, salutem in Domino.

Notum esse volumus, quod nos propter plures favo-
res Nobis & Ecclesiæ nostræ exhibitos ab universitate Burgensium Hil-
densem, qui tempore guerræ nobis & Ecclesiæ nostræ fideliter & virili-
ter

K k k

ter

H. VI
78

ter adhæferunt, & propter graves expensas & labores, quos faciunt & fecerunt in custodiis & munitiõibus urbis, de communi consensu damus ejusdem Burgensibus plenam & liberam potestatem muniendi valvam urbis, qua Monasterium sancti Godehardi respicit, & totum murum cum viâ in circuitu urbis, ita videlicet, quod ipsam valvam claudendi, aperiendi & custodiendi die & nocte sicut unam de valvis sue civitatis liberam habeant potestatem, insuper damus ipsis potestatem minores portas urbis, que cum periculo sunt aperta, perpetuò obstruendi: Ne igitur super hoc facto impostero dubitari contingat, præsens scriptum eis damus Sigillorum Nostrorum munimine roboratum; Datum Hildensem. Anno Domini M. CC. XLIX. X. Calend. Augusti.

Num. 74.

Extractus ex operibus Kranzj.

Lib. 2. Saxonie cap. 24. lin. mibi. 33. & seqq.

Idem quoque Rex ante postque annis aliis septem fundavit in eâ Provinciâ (nimirum Saxoniam) Ecclesias donans Regalia Pontificibus, quod intelligeret, populum effrenem posse Religione contineri, armis vero placari non posse, Verdensem, Myndensem, Paderbornensem, Osnabrugensem, & ultra Weseram Hildensem & Halberstademsem.

Idem lib. 2. Saxon. Cap. 23. sub. initium.

Wedekindus autem pacatus in suâ sedet Provinciâ Westphaliam solam gubernans, nam ultra Visurgum Provinciâ & angustiis Wandalorum premebatur, & quod tenere ditionis Pontifices gubernabant.

Idem in præfatione Metropolis pag. mibi. 2. l. 3.

Lex pacis non alia fuit victorioso Principi (nimirum Carolo Magno) quam ut contemptis idolis, veram & synceram, atque æternam Christi religionem amplecterentur (scil. Saxones) Quumque persentiret optimus Rex, gentem duræ cervicis non ferre jugum terrenæ dominationis, partitus est provincias religiosis Christi Sacerdotibus, quos jussit Episcopos consecrari, quibus à Summo Pontifice, & Legatis ejus, cum attributus esset ensis ille spiritualis Distinctionis, ipse Carolus SUUM illis adjecit, ut haberent, quo contumaces, & terrent, & distringerent.

Verum nullum certius hujus rei testimonium, quam verba ipsiusmet Caroli inserta foundationi Bremensis Ecclesiæ. Quæ habet

Lib. 2. Saxonie cap. 15. initio & lib. 1. Metrop. cap. 7. & 8.

Cap. 14. Saxon. lin. m. 43.

Operæ pretium judicavi inferere Privilegiū Caroli, quod tum contulit Ecclesiæ Bremensi, unde discant posteri, quid permoverit optimum Regem, EPISCOPIS NON DUCIBUS SUIS terram supponere, cernantque de temporum ratione complurima, quæ alibi non legantur, Exemplar ergo ejus Privilegii Bremensi Ecclesiæ à Carolo donati.

Saxon. Cap. 15. init.

In nomine Domini & Salvatoris nostri JESU Christi, Carolus Divinâ ordinante clementiâ Rex. Si Domino Deo exercituum succurrente in bellis victoriâ potiti sumus, in illo, & non in nobis gloriamur: Et in hoc sæculo pacem & prosperitatem, & in perpetuo futuro æternæ mercedis